



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio I. De Malo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

prietas personam constituens: sed relatio personae subsistenti inherens. unde non sequitur si ex generatione & processione consequuntur duae relationes, quod propter hoc sint tamen duae subsistentes: potest etiam responderi, quod non sunt duae processiones: nisi unus procedentium sit ab alio, ut dictum est, & per hoc patet solutio ad sextum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod illud quod procedit per modum amoris, oportet quod procedat ab eo, quod procedit per modum naturae, ut ex dictis patet.

AD OCTAVUM dicendum, quod spiratio distinguit spiritum sanctum a spirite, sicut generatio generatum a generante: non tamen ex hoc sequitur quod spiratus a generato distinguatur, cum & spirans & generans sint idem: nec propter hoc, quod idem non potest duabus processibus diuersis procedere: sed processiones in diuinis non possunt esse diuersae, nisi per hoc, quod unus procedentium est ab alio, ut ostensum est.

AD NONVM dicendum, quod spiritus sanctus ita perfecte est a patre, sicut a patre, & filio: non tamen propter hoc, quod a patre, & filio distinguitur: sed propter hoc, quod est a filio.

AD X. Dicendum, quod pater est sufficiens principium spiritus sancti, nec indiget alio principio ad spirationem spiritus sancti. Filius enim non est aliud principium spiritus sancti a patre: sed unum principium cum ipso.

AD XI. Dicendum, quod licet processio sit prius intellectu, quam cōio, sicut cōio quam proprietas: tamen processio spiritus sancti quod procedit quasi amor, & cōio, & nexus patris, & filij, non est prius secundum intellectum, quam communio. unde non oportet, quod remota communione remaneat processio: sicut animal est prius secundum rationem, quam homo, non autem animal rationale.

AD XII. Dicendum, quod eadem secundum rem in diuinis sunt proprietates, & relationes, & notiones, nisi quod proprietates sunt solum tres, scilicet paternitas, filiationis, & processio. Relationes autem sunt quatuor, addita praedictis proprietatibus tribus eiusdem spiratione, quae relatio quidem est, non tamen proprietas, quia non est uni personae cōueniens, sed duabus. Notiones vero sunt quinque, addita innascibilitate, quae non est relatio, sed notio, quia per eam pater innotescit. Est etiam proprietas, quia conuenit soli patri: non tamen proprietas personalis, quia non constituit personam patris. Quantum ergo ad rem, ordinem habere non possunt proprietates, relationes, & notiones, cum idem sub tribus contineatur. Si autem eorum ordo quantum ad proprias rationes requiratur, tunc notio prior est relatione secundum ordinem, quod aliquid dicitur prius quo ad nos: relatio autem & proprietas, secundum ordinem quo aliquid prius est secundum rem. Si autem relationis, & proprietatis ordinem requiramus, in rebus creatis non est eorum ordinem assignare. Nam aliqua proprietates est relatio, sed non omnis: similiter & aliqua relatio est proprietas: sed non omnis. Si tamen proprietates ab aliquo absoluto sumatur, sic proprietas primum est, eo ordine quo absolutum est prius relatio. In diuinis autem personis oportet, quod relationis ratio rationem proprietatis praecedat. Nam cum proprietas sit, quod uni soli cōuenit, ratio proprietatis distinctionem praesupponit. In diuinis autem non potest esse aliquid distinctum, nisi per hoc, quod est ad aliquid, unde relatio, quae est distinctio, in principium in diuinis, secundum rationem prior est proprietate. Sciendum tamen est, quod neque proprietates, neque relatio secundum modum, habent

rationem constituendi personam. Nam cum persona sit rationalis naturae indiuidua substantia, id quod est extra substantiam, persona constituitur non potest. Unde in rebus creatis, proprietates & relationes non sunt constituentes, sed magis aduenientes constitutis personis. In diuinis autem ipsa relatio, quae est et proprietates, est diuina essentia & ex hoc habet, quod id quod per eam constitutum est, sit persona: nisi enim paternitas esset diuina essentia, nullatenus hoc nomen patet signum caret personam: sed solum accidens relatum personae, sicut patet in personis humanis. paternitas ergo in quantum est diuina essentia, constituit hypostasim subsistentem in diuina natura: in quantum vero est relatio, distinguit: in quantum vero est proprietates, cōuenit uni personae; & non alii: in quantum vero est notio, est principium innotescendi personam. Sic ergo secundum ordinem intellectus, primum est, quod sit personam constituens: secundum, quod sit distinctio: tertium quod sit proprietates: quartum quod sit notio.

AD XIII. Dicendum, quod licet filiationis non opponatur relatiue processioni, tamen procedens opponitur relatiue filio, & per hoc processio a filiatione distinguitur.

AD XIV. Dicendum, quod licet Graeci non cōfiteantur spiritum sanctum a filio procedere, cōfiteantur tamen, filium esse aliquo modo principium originis spiritus sancti: quod pater ex hoc, quod dicunt spiritum sanctum a patre esse per filium, & spiritum sanctum esse filium. Nihilominus tamen aliquid implicite contradictionem implicat, quod nihil prohibet ab alio explicite nesciente concedi, & sic aliquis non intelligens potest dicere spiritum sanctum non esse a filio, licet a filio sit distinctus.

AD XV. Dicendum, quod in hoc, quod Damascenus spiritum sanctum esse filium confitetur, dat intelligere, quod origo spiritus sancti aliquo modo sit a filio.

AD XVI. Dicendum, quod spiritus sanctus, & filius dicuntur esse duo riuus, in quantum procedunt ambo a patre: dicitur tamen & a Graecorum doctoribus, quod filius sit fons spiritus sancti: sed quod spiritus sanctus non est a filio, & idem potest dici de alijs similitudinibus.

Finis questionum de potentia Dei.

QUESTIONES DISPUTATAE. S. THOMAE AQUINATIS.

DE MALO.

QUESTIO I.

De malo in communi.

Et habet quinque articulos.

- ¶ Primo. Enim quaeritur utrum malum sit aliquid.
¶ Secundo, utrum malum sit in bono.
¶ Tertio, utrum bonum sit causa mali.
¶ Quarto, utrum malum conuenienter diuidatur per culpam, & poenam.
¶ Quinto, quid plus habeat de ratione mali, utrum culpa an poena.

ARTICVLVS PRIMVS.

QUESTIO est de malo, & primo quaeritur, an malum sit aliquid, & ut quod sit. Omne enim creatum aliquid est: sed malum est aliquid creatum, secundum illud Ier. 41. Ego dominus faciens pacem, & creans malum. ergo malum est aliquid.
Quaest. dist. S. Tho. N 3 ¶ 2. Prae.

¶ 3. Præ. Vtrumque cōtrariū est aliquid in natura, quia cōtraria sunt in eodē genere posita: sed malum est cōtrariū bono, sicut illud Eccl. 33. contra bonum malum. ergo malum est aliquid. Sed dicendum, quod malum in abstracto acceptum non est cōtrariū, sed privatio: sed aliquid malum in concreto acceptum est cōtrariū, & est aliquid.

¶ 3. Sed contra, nihil est cōtrariū alteri secundū id in quo eum eo convenit, nigrum enim nō cōtrariatur albo secundum, quod est color: sed secundū id quod subternitur ipsi malo, convenit malū cū bono. ergo sicut illud malū non cōtrariatur bono: sed secundum hoc ipsum, quod est malum. malum ergo in quantum est malū, est aliquid.

¶ 4. Præ. Oppositio forme, & privationis invenitur in reb. naturalib. sed nō dicitur, quod in reb. naturalibus malū cōtrariatur bono, sed solum in moralib. quia malū, & bonū sicut sunt, cōtraria continent sub se virtutē, & vitium. ergo cōtrarietas mali, & boni nō intelligitur sicut in oppositione privationis, & habitus.

¶ 5. Præ. Dionysius & Damasc. dicunt, quod malum sicut tenebra: tenebra autē cōtrariatur lumini, ut dicitur 2. de Ani. ergo & malum cōtrariatur bono, & non solum est eius privatio.

¶ 6. Præ. Aug. dicit, quod illud quod semel est, nūquā totaliter cedit in nō esse. Si ergo aer illuminatur à Sole, illud lumen creatū in aere non totaliter desinit esse: nec potest dici, quod recolligatur in suo principio. ergo remanet in subiecto aliquid eius, quod est sicut dispositio imperfecta, & hoc vocatur tenebra. ergo tenebra est aliquid cōtrariū lumini, & nō privatio sola: & eadem ratio est de malo, & bono. ergo malum non est solum privatio boni: sed cōtrariū.

¶ 7. Præ. Inter privationē, & habitū nō est mediū in susceptibili: sed inter bonū, & malū est aliquid mediū, nec omnia sunt bona, & mala, ut dicitur in predicamentis. ergo bonum, & malum non opponuntur, ut privatioe opposita: sed ut cōtraria, inter quae potest esse mediū. & sic malum aliquid est.

¶ 8. Præ. Omne quod corrumpit, agit: sed malum in quantum malū, corrumpit, ut Dion. dicit 4. cap. de diu. no. ergo malū, in quantum malum, agit. Sed nihil agit, nisi in quantum est aliquid. ergo malum in quantum malum, est aliquid. Sed dicendum, quod corrumpere non est agere: sed defectus actionis.

¶ 9. Sed contra, corruptio est motus, vel mutatio. ergo corrumpere est movere: sed movere est agere. ergo corrumpere est agere.

¶ 10. Præ. Invenitur corruptio naturalis, sicut & generatio, ut dicit Philo. in 5. Physic. sed in omni motu naturali est aliquid per se intentum à natura mouētis. ergo in corruptione est aliquid per se intentum à natura corrumpentis: corrumpere autē est proprium mali, ut Dion. dicit. ergo malum habet aliquam naturā intendentem aliquem finem.

¶ 11. Præ. Quod non est aliquid, nō potest esse genus, quia non ens non sunt species, ut dicit Philo. sed malum est genus: dicitur enim in predicamentis, quod bonum, & malum non sunt in genere: sed sunt genera aliorum. ergo malum est aliquid.

¶ 12. Præ. Quod non est aliquid non potest esse differentia constitutiva alicuius, quia omnis differentia est vnum & ens, ut dicitur in 3. Metaph. sed bonum, & malum sunt differentia constitutiva virtutis, & vitij. ergo malum est aliquid.

¶ 13. Præ. Illud quod nō est aliquid, nō potest intēdi, & remitti: sed malū intenditur, & remittitur. maius enim malū est homicidium, quam adulteriū. Nec potest dici, quod dicatur maius malum in quantum corrumpit.

pit plus de bono, quia corruptio boni est effectus mali, causa autem non intenditur, & remittitur effectum: sed e converso. ergo malum est aliquid.

¶ 14. Præ. Omne quod habet esse per positionem in loco, est aliquid: sed malum est inhumane habitum. Aug. quod malum suo loco positum commendat bonum. Nec potest dici, quod malum esse intelligendum de malo. ex parte boni in quo est: quia malum commendat bonum secundum oppositionem quam habet ad ipsum, secundum quod opposita iuxta se posita magis elucet. ergo malum in quantum est malum, est aliquid.

¶ 15. Præ. Philo. in 5. Physic. dicit, quod omnis mutatio ex subiecto in subiectum, vel ex subiecto in nō subiectum, vel ex nō subiecto in subiectum, & comminat subiectū quod affirmatione monstratur. Cuius autem aliquis mutatur de bono in malū, nō mutatur de subiecto in nō subiectum, neque de nō subiecto in subiectū, quia hae mutationes sunt generatio, & corruptio. ergo mutatur de subiecto in subiectum, ita ut quod malum sit aliquid affirmatiue ostendatur.

¶ 16. Præ. Philo. dicit in 1. de Genera. quod corruptio est generatio alterius: sed malum in quantum malum, est corruptivum secundum Dion. 4. de Diu. no. ergo malum in quantum malum, est generativum alicuius, & ita oportet quod sit aliquid quia omne quod generatur, generat ex aliquo.

¶ 17. Præ. Bonū habet rationem appetibilis, quantum est, quod omnia appetunt, ut dicitur in Ethic. & eadem ratione malum habet rationem fugibilis. sed contingit, quod aliquid negativè significatum appetitur naturaliter, & aliquid affirmatiue significatum naturaliter fugitur, sicut omnis naturaliter appetit presentiam lupi, & appetit eius absentiam. ergo magis bonum est aliquid, quam malum.

¶ 18. Præ. Poena in quantum poena, est iusta, & quod iustum est, bonum pena, in quantum poena, est aliquid bonum: sed poena in quantum poena, est aliquid malum, dicitur enim malum poena, & culpa. ergo aliquid malum in quantum malum, est bonum: sed poena est omne bonum est aliquid. ergo malum in quantum est malum, est aliquid.

¶ 19. Præ. Si bonitas non esset aliquid, nihil est bonum: ergo similiter si malitia non esset aliquid, nihil est malum: sed constat multa mala esse. ergo malitia aliquid est. Sed dicendum, quod malum non est ens natura: aut moris: sed ens rationis.

¶ 20. Sed contra est, quod Phil. dicit 6. Meta. quod bonum, & malum sunt in rebus: sed verum dictum sunt in intellectu. ergo malum non est ens rationis tantum: sed est aliquid in rebus naturalibus. Sed contra est, quod August. dicit 11. de Civ. Dei, quod malum non est natura aliqua: sed est ens boni hoc nomen accepit.

¶ 21. Præ. Ioā. 1. dicitur, Omnia per ipsum facta sunt: sed malum non est factum per verbum, ut August. dicit. ergo malum non est aliquid.

¶ 22. Præ. Ibidem subditur, Sine ipso factum est nihil, id est, peccatum, quia peccatum nihil est, nisi in hominibus cum peccant, ut dicitur glo. & eadem ratione quodlibet aliud malū nihil est. ergo malum non est aliquid.

RESPON. Dicendum, quod sicut album, ita & malum dupliciter dicitur, vno enim modo est dicitur album, potest intelligi id quod est albedini subiectum. alio modo album dicitur id, quod est album in quantum est album accidens: & similiter malum vno modo potest intelligi id, quod est subiectū mali, & hoc non est aliquid, alio modo potest intelligi ipsum malū, & hoc non est aliquid.

Dion. de di. no. p. 4. a me dio. Damasc. lib. 2. cap. 4. Lib. 2. c. 6. p. 10. 1. Ex lib. 83. q. quaz. 10. 4.

In post predicamentis. ca. dicitur non sit a med. 10. 1.

Ca. 4. p. 4. nō remote a prin.

Li. 5. com. 7. tom. 1.

4. de Di. no. p. 4. nō 10. 6. a prin.

4. phys. cō. 6. com. 1. In ca. de oppositis. in fi.

Lib. 3. ca. 10. tom. 3.

quid sed est ipsa privatio alicuius particularis boni. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod bonum proprie est aliquid, in quantum est appetibile, nam secundum Phil. in 1. Et. optime definiunt bonum dicentes, quod bonum est quod omnia appetunt; malum autem dicitur id, quod opponitur bono. unde oportet malum esse id, quod opponitur appetibili in quantum habet: hoc autem impossibile est esse aliquid, quod triplici ratione apparet. Primo quidem, quia appetibile habet rationem finis: ordo autem finium est, sicut & ordo agentium. Quanto enim aliquid agens est superius & uniusversalius, tanto & finis propter quem agit, est uniusversalius bonum: nam omne agens agit propter finem, & propter aliquid bonum, & hoc manifeste apparet in rebus humanis. Nam rector civitatis intendit bonum aliquod particulare, quod est civitas bona: rex autem, qui est illo superior, intendit bonum uniusversale, scilicet totius regni pacem. Cum ergo in causis agentibus, non sit procedere in infinitum, sed oportet devenire ad unum primum, quod est uniusversale causa essendi, oportet et quod etiam sit aliquid uniusversale bonum, in quod omnia bona reducantur, & hoc non potest esse aliud, quam hoc ipsum quod est primum & uniusversale agens; quia cum appetibile moveat appetitum, primum autem movens oportet esse non motum, necesse est primum & uniusversale appetibile esse primum & uniusversale bonum, quod omnia operatur propter appetitum sui ipsi. Sicut ergo quicquid est in rebus, oportet quod proveniat a prima & uniusversali causa essendi: ita quicquid est in rebus, oportet quod proveniat a primo & uniusversali bono. Quod autem provenit a primo & uniusversali bono, non potest esse nisi bonum particulare tantum: sicut quod provenit a prima & uniusversali causa essendi, est aliquid particulare ens. Oportet ergo quod est aliquid in rebus, oportet quod sit aliquid particulare bonum, unde non potest secundum id quod est bono opponi, unde relinquatur quod malum secundum quod est malum, non est aliquid in rebus, sed est alicuius particularis boni privatio, alicui particulari bono innatae, secundo hoc idem apparet, quia quicquid est in rebus habet aliquam inclinationem & appetitum alicuius sibi convenientis. Quod autem habet rationem appetibilis, habet rationem boni, quicquid ergo est in rebus, habet convenientiam cum aliquo bono: malum autem in quantum habet, non convenit cum bono, sed opponitur ei. Malum ergo non est aliquid in rebus, sed si malum esset aliqua res, nihil appeteret, nec aliquo appeteretur, & per consequens non haberet aliquam actionem nec aliquam motionem: quia nihil agit vel movetur, nisi propter appetitum finis. Tertio idem apparet ex hoc quod ipsum esse, maxime habet rationem appetibilis. Unde videmus quod unum quodque naturaliter appetit conservare suum esse, & refugit destructum suum esse, & eis pro posse resistit. Sic ergo ipsum esse in quantum est appetibile, est bonum. Oportet ergo quod malum, quod uniusversaliter opponitur bono, opponatur etiam ei, quod est esse. Quod autem est oppositum ei quod est esse, non potest esse aliquid, unde dico quod id quod est malum, non est aliquid, sed id cui accidit esse malum est aliquid, in quantum malum privatur non nisi aliquid particulare bonum: sicut & hoc ipsum quod est esse non est aliquid, sed id cui accidit esse esse, est aliquid.

Ad primum ergo dicendum, quod aliquid dicitur esse malum dicitur licet. Vno quidem modo simpliciter, alio vero modo secundum quid. Unde autem dicitur simpliciter malum,

A quod est secundum se malum. Hoc autem est quod privatur aliquo particulari bono, quod est ex debito suae perfectionis: sicut aegritudo est malum animalis, quia privatur equalitate humorum, quae requiritur ad perfectum esse animalis; sed secundum quod dicitur esse malum quod non est malum secundum se: sed alicuius, quia non privatur aliquo bono quod sit de debito suae perfectionis: sed quod est de debito perfectionis alterius rei, sicut in igne est privatio formae aquae, quae non est de debito perfectionis ignis: sed de debito perfectionis aquae. Unde ignis non est secundum se malus: sed est malus aquae. Similiter autem ordo iustitiae habet ad iustitiam privationem particularis boni alicuius peccantis, in quantum ordo iustitiae hoc requirit, ut aliquis peccatis privetur bono quod appetit. Sic ergo poena ipsa est bona simpliciter, sed est mala huic, & hoc malum dicitur Deus creare, pacem autem facere, quia ad poenam non cooperatur appetitus peccantis, ad pacem autem cooperatur appetitus pacem recipientes. Contra re autem est aliquid facere nullo praesupposito, & sic patet quod malum dicitur esse creatum, non in quantum est malum, sed in quantum est simpliciter bonum, & secundum quid malum.

Ad 11. dicendum, quod bonum & malum proprie opponitur ut privatio & habitus: quia ut simpliciter dicitur in commento predicamentorum, illa proprie dicuntur contraria, quorum utrumque est aliquid secundum naturam, sicut calidum & frigidum, album & nigrum, sed illa quorum unum est secundum naturam, & aliud recessus a natura, non opponuntur proprie ut contraria: sed ut privatio & habitus. Sed duplex est privatio, una quidem quae est in privatione esse, ut mors & cecitas: alia vero quae est in privatione ut aegritudo, quae est via in mortem, & ophthalmia quae est via in cecitatem. & huiusmodi privationes interdum dicuntur contrariae, in quantum adhuc retinent aliquid de eo quod privatur. & hoc modo malum dicitur contrarium, quia non privatur totum bonum: sed aliquid de bono remouetur.

Ad 111. dicendum, quod nisi nigrum aliquid retineret de natura coloris, non posset esse contrarium albo: quia contraria oportet esse in eodem genere licet ergo hoc in quo convenit album cum nigro, non sufficiat ad rationem contrarietatis, tamen sine hoc contrarietas esse non potest. Similiter licet id, in quo convenit malum cum bono, non sufficiat ad rationem contrarietatis: tamen sine hoc contrarietas esse non potest.

Ad 1111. dicendum, quod deo in moralibus magis quam in naturalibus, malum contrarium bono dicitur, quia moralia ex voluntate dependent, voluntatis autem obiectum est bonum & malum. Omnis autem actus denominatur & speciem recipit ab obiecto. Sic ergo actus voluntatis in quantum fertur in malum recipit rationem & nomen mali, & hoc malum contrariae proprie bono. & haec contrarietas ex actibus, in habitus transit, in quantum actus & habitus simulantur.

Ad v. dicendum, quod tenebra non est contrarium lumini, sed privatio: sed Aristoteles frequenter utitur nomine contrarii pro privatione, quia ipse dicit, quod privatio quodammodo est contrarium, & quod prima contrarietas est privatio & forma.

Ad vi. dicendum, quod adveniente tenebra nihil remanet de lumine: sed remanet totum potentia ad lumen, quae non est aliquid tenebrae, sed subiectum eius. Sic enim antequam illuminaretur, erat solum in potentia ad lumen. Nec proprie loquendo lumen est, aut fit, aut corrumpitur: sed aer illuminatus esse, aut fieri, aut corrumpi dicitur secundum lumen.



Vide in post predicamē. in c. de op. positis.

AD SEPTIMUM dicendum, quod sicut Simplicius dicit in commento predicamentorum, inter malum & bonum, secundum quod in moribus accipitur, inuenitur aliquid medium; sicut actus indifferens est medium inter actum vitiosum & virtuosum.

AD OCTAVUM dicendum, quod malum abstracte accipiendo, id est, hoc ipsum quod est malum, dicitur corrumpere, non quidem active, sed formaliter, in quantum est ipsa corruptio boni, sicut & cecitas dicitur corrumpere visum, in quantum est ipsa visus corruptio seu privatio; sed id quod est malum, si sit quidem malum simpliciter, id est, secundum seipsum, sic quidem corrumpit, id est, corruptum ducit in actum & effectum, non agendo; sed deagendo, id est, per defectum active virtutis: sicut seque indigestum de facit in generando, & producit partum monstruosum, qui est corruptio naturalis ordinis. Sed id quod non est simpliciter & secundum se malum, secundum virtutem actiuam, perfectam corruptionem facit, non simpliciter; sed alicuius.

AD NONVM dicendum, quod corrumpere formaliter non est mouere, nec agere, sed corruptum esse: corrumpere autem active est mouere & agere ita, quod quicquid est ibi de actione vel motione, pertinet ad virtutem boni: quod autem est ibi defectu, pertinet ad malum qualitercumque accipitur. Si cut quicquid est in claudicatione de motu, est ex virtute gressiva, defectus autem rectitudinis est ex tibi curvitate, & ignis generat ignem in quantum habet talem formam: corrumpit tamen aquam, in quantum hinc forme adiungitur talis privatio.

AD DECIMUM dicendum, quod corruptio que est ab eo quod est malum simpliciter, & in seipsum, non potest esse naturalis, sed magis est casus a natura; sed corruptio que est ab eo quod est malum alicui, potest esse secundum naturam, sicut quod ignis corrumpit aquam, & tunc id quod intendit, est bonum simpliciter: forma ignis. Quod autem intenditur principaliter est esse ignis generati, & secundario non esse aquam, in quantum ad esse ignis requiritur.

AD VDECIMUM dicendum, quod verbum illud Philo. difficultatem habet: quia si malum, & bonum non sunt in genere, sed sunt genera, cassatur. id est, predicamentorum dis. & ideo ut Simplicius dicit in commento predicamentorum, quidam soluentes dixerunt quod verbum Phil. sic est intelligendum, quod bonum & malum sunt genera contrariorum: id est, virtutis & vitij, non tamen sunt in genere contrarii: sed in qualitate. Sed expositio hanc non videtur conueniens, quia istud tertium membrum non differt a primo quod ponitur. Quod quidam contraria sunt in uno genere, unde Porphyrius dixit quod contrariorum quidam sunt vniuoca, & ista sunt vel in vno genere proximo, ut album & nigrum, in genere coloris, quod est primum membrum diuisionis ab Arist. positum: vel in contrariis generibus proximis, sicut castitas & impudicitia que sunt sub virtute & vitio, quod est secundum membrum: quedam vero sunt æquituoca, sicut bonum quod circū oia genera, sicut & ens, & similiter malum, & id bonum & malum dixit non esse nec in vno genere, nec in pluribus, sed ipsa esse genera, prout genus dici potest id quod genera transcendit, sicut ens & vniu. Simplicius vero ponit duas alias solutiones; quarum una est, quod bonum & malum dicuntur genera contrariorum, in quantum vnum contrariorum est defectiuum respectu alterius, sicut nigrum respectu albi, & amarum respectu dulcis, & sic omnia contraria quodammodo reducuntur ad bonum & malum, prout omnis defectus pertinet ad rationem mali. vñ

Vide in post predicamē. in c. de op. positis.

In post predicamē. in c. de op. positis.

Lit. com. 55. tom. 2.

F & in 1. Phys. dicitur quod semper contraria comparantur ad invicem, ut melius & per. Alia solutio est quod Ari. dixit hoc secundum opinionem Pythagoræ, qui posuit duos ordines rerum: quorum vnus comprehenditur sub bono, & alius sub malo. multum est etiam in logica virtus exemplis, non veris secundum opinionem propriam: sed probabilibus secundum opinionem, & sic patet secundum predicta, quod non oportet ponere quod malum est aliquid.

AD XI. dicendum, quod bonum & malum non sunt differentia, nisi in moralibus in quibus malum potest esse aliquid dicitur, secundum quod ipse actus voluntatis de omnino malus a uolito: licet & ipse actus malum non possit esse uolito nisi sub ratione boni.

AD XII. dicendum, quod vniquodque est magis malum altero, non per accessum ad aliquid summi mali, vel per participationem diuersam alicuius forme, sicut dicitur aliquid magis vel minus album secundum diuersam participationem albedinis: sed dicitur aliquid magis vel minus malum secundum quod magis vel minus priuatur de bono, non quidem effectiue: sed formaliter. homicidium, n. dicitur magis peccatum quam adulterium, non quia magis corrumpit bonum naturale anime: sed quia magis remouet bonitatem ipsius actus. plus autem contrariatur charitati bono, quo debet informari actus summius, homicidium, quam adulterium.

AD XIII. dicendum, quod nihil prohibet malum habere loci positionem secundum id, quod in eo de bono retinetur, & quod commendat bonum in oppositione in quantum est malum.

AD XV. dicendum, quod subiectum quod est in affirmatione monstratum, non solum est contrarium, sed et privatio. Dicitur n. Phil. ibidem, quod aliqua privatio affirmatiue monstratur, ut nudum, & preterea nihil prohibet dicere mutationem de bono in malum quod est corruptionem esse, ut sic possit dici mutatio de subiecto in non subiectum; cum tamen habet de bonitate virtutis in malitiam mutatur, est motus de qualitate in qualitatem, ut patet per primum.

AD XVI. dicendum, quod sicut Dion. soluitur, malum est corruptiuum in quantum est malum, generatum autem non est in quantum malum, sed in quantum retinet aliquid de bono.

AD XVII. dicendum, quod non esse numerum appetitur, nisi in quantum per aliquod non esse appetitur proprium esse: sicut ouis absentia lupi appetit per conseruationem proprie vite. Nec presentia lupi refugit, nisi in quantum est sua vite corruptio. Ex quo patet quod ens appetitur per seipsum fugiatur autem per accidens, non ens autem fugiatur per se & appetitur per accidens. & ideo bonum in quantum bonum, est aliquid: malum autem in quantum malum, est privatio.

AD XVIII. dicendum, quod pena in quantum est pena, est malum alicuius in quantum est iusta, est bonum simpliciter. Nihil autem prohibet id quod est bonum simpliciter, esse malum alicuius: sicut in materia ignis est bonum simpliciter, sed est malum appetitum.

AD XIX. dicendum, quod ens dicitur dupliciter. Vno modo secundum quod significat materiam, & generum: & sic neque malum, neque aliquod priuatio est eius: neque aliquid alio modo secundum quod responderetur ad questionem, an est, & sic malum est, sicut & cecitas est; non tamen malum est aliquid, quia esse aliquid non solum significat, sed responderetur ad questionem an est: sed etiam quod responderetur ad questionem quid est.

AD VICESIMUM dicendum, quod malum quidem est in rebus: sed privatio, non autem ut aliquid reale: sed in ratione est ut aliquid intellectum. & ideo potest dici, quod malum est ens rationis, & non rei, quia in intellectu est aliquid, non autem in re. & hoc ipsum quod est esse intellectum secundum quod aliquid dicitur ens rationis, est bonum. bonum enim est aliquid intelligi.

ARTICULUS II.

Utrum malum sit in bono.

SECUNDO quaeritur utrum malum sit in bono. & videtur quod non. Dicitur enim Dionysius 4. c. de Divinis nominibus quod malum neque est existens neque in existentibus. & hoc probatur per hoc, quod omne existens est bonum. Malum autem non est in bono, ergo non est in existente. & sic videtur quodam manifesto uti, quod malum non sit in bono. Sed dicendum, quod malum est in existente, & in bono non in quantum est existens vel bonum: sed in quantum est deficiens.

1. Sed contra, omnis defectus pertinet ad rationem mali. si ergo malum est in existente in quantum est deficiens, malum est in existente in quantum existens est malum. Malum ergo aliquid presupponitur in existente ad hoc, quod possit esse subiectum mali: & redibit quod de illo malo quod sit eius subiectum. & si existens in quantum est deficiens, est eis subiectum, oportebit presupponere aliquid aliud malum, & sic in infinitum procedere. Standum est ergo in primo, ut scilicet malum est in existente, sit in eo, non in quantum est deficiens: sed in quantum est existens, quod est contra Dionysium.

2. Præterea. Malum & bonum sunt opposita: sed unum oppositorum non est in alio, sicut frigidum non est in igne, ergo malum non est in bono. Sed dicitur, quod malum non est in bono sibi opposito; sed in alio.

3. Sed contra, omne illud quod convenit multis, convenit eis per unam naturam: sed bonum convenit multis, similiter & malum, ergo per unam naturam eodem bonum convenit omnibus bonis, & malum omnibus malis: sed malum eodem acceptum, oppositum est bono, ergo malum quodlibet opponitur cuilibet bono. & sic si aliquid malum est in aliquo bono, sequitur quod oppositum sit in suo opposito.

4. Præterea. Aug. dicit in Enchiridion quod in hoc quod malum est in bono, fallit dialecticorum regula, quae dicit quod contraria simul esse non possunt: non autem falleret si malum non esset in bono sibi opposito, ergo ex hoc quod malum est in bono, sequitur quod oppositum sit in opposito, quod omnino esse non potest: quia omnia opposita includunt in se contradictionem, contradictoria autem simul esse non possunt. Non ergo malum est in bono.

5. Præterea. Omne quod inest alicui, aut causatur ex subiecto, sicut accidens naturale, ut calor ex igne: aut ex aliquo exteriori agente, sicut calor aquae ex igne, quod est accidens innaturale. Si ergo malum sit in bono, aut causatur ex bono, aut ab aliquo alio: sed non ex bono, quia bonum non potest esse causa mali, sicut illud Matthaei 7. Non potest arbor bona fructus malos facere. Nec iterum causatur ab aliquo alio, quia & hoc vel est malum, vel est eodem principium mali & boni: sed non potest esse malum non causatum ex bono causa mali quod est in bono, quia sic sequeretur quod non omnis binarius haberet ante se unitatem. Nec iterum potest esse, quod sit unum eodem principium boni & mali; quia idem secundum idem non facit diversa & difformia, ergo nullo modo malum potest esse in bono.

7. Præterea. Nullum accidens diminuit, vel corrumpit subiectum in quo est: sed malum diminuit, vel corrumpit bonum, ergo malum non est in bono.

8. Præterea. Sicut bonum respicit actum, ita malum contrarium respicit potentiam: unde malum non invenitur, nisi in his quae sunt in potentia, ut dicitur in 9. Metaphysicae. sed malum est in potentia, sicut & quilibet privatio, non ergo malum est in bono; sed in malo.

9. Præterea. Bonum & finis sunt idem, ut dicitur in 5. Metaphysicae. & in 2. Physicae. Forma autem & finis incidunt in idem, ut dicitur in 2. Physicae. sed privatio formae substantialis excludit formam a materia, ergo non relinquit aliquid bonum. Cum ergo privatio sit in materia & habeat rationem mali, videtur quod non omne malum sit in bono.

10. Præterea. Quanto aliquid subiectum perfectius est, tanto & accidens magis in eo invenitur: sicut quanto ignis perfectior est, tanto magis est calidus. si ergo malum sit in bono sicut in subiecto, sequeretur quod quanto bonum perfectius est, tanto magis sit ibi malum, quod est impossibile.

11. Præterea. Omne subiectum est conservativum accidentis: sed malum non conservatur a bono, sicut in subiecto, sed magis destruitur, ergo malum non est in bono sicut in subiecto.

12. Præterea. Omne accidens denominat suum subiectum, si ergo malum sit in bono, denominabit bonum: & ita sequeretur quod bonum sit malum, quod est contra id quod dicitur in 1. 3. Vch qui dicitur bonum malum.

13. Præterea. Quod non est ens, non est in aliquo: sed malum non est ens, ergo non est in bono.

14. Præterea. Sicut defectus est de ratione mali, ita perfectio est de ratione boni: sed malum non est in aliquo perfecto, cum sit corruptio, ergo malum non est in bono.

15. Præterea. Bonum est quod omnia appetunt: sed id quod est subiectum malo, non est appetibile: vivere enim in miseris nullus appetit, ut dicitur in 9. Ethicae. ergo id quod est subiectum mali, non est bonum.

16. Præterea. Nihil nocet nisi suo opposito, si ergo malum non sit in bono sibi opposito, sed in quodam alio bono, non noceret ei, & sic non haberet rationem mali: quia intentum est malum in quantum nocet bono, ut Aug. dicit in Enchiridion & 1. h. de Natura boni. In malo autem sibi opposito esse non potest, ergo in nullo bono est malum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Enchiridion quod malum, nisi in bono, esse non potest.

17. Præterea. Malum est privatio boni, ut Aug. dicit: sed privatio determinat sibi subiectum, est enim negatio in subiecto, ut dicitur in 4. Metaphysicae. ergo malum determinat sibi subiectum, sed omne subiectum cum sit existens, est bonum, quia bonum & ens conuertuntur, ergo malum est in bono.

RESPON. Dicendum, quod malum non potest esse nisi in bono. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod de bono dupliciter contingit loqui, uno modo de bono absolute: alio modo secundum quod dicitur bonum hoc, ut bonus homo, aut bonus oculus. Loquendo ergo de bono absolute, bonum habet amplissimam extensionem, etiam amplio rem quam ens, ut Platonice placuit. Cum enim bonum sit id quod est appetibile, id quod est secundum se appetibile, est secundum se bonum, hoc autem est finis; sed quia ex hoc quod appetimus finem, sequitur quod appetamus ea quae in finem ordinantur, consequens est, ut ea quae ordinantur in finem ex hoc ipso, quod in finem vel bonum ordinantur, boni rationem obtineant: unde utilia sub divisione boni comprehenduntur. Omne autem quod est in potentia ad bonum, ex hoc ipso quod est in potentia ad bonum habet

lib. 9. com. 22. tom. 2.

5. Metaph. 65. 3. co. 1. 1. lib. phys. co. 31. tom. 2. lib. 2. com. 70. tom. 2.

Enchiridion. ca. 22. tom. 3. De natura boni. co. 6. tom. 6. 2. enchiridion. ca. 14. tom. 3. Enchiridion. ca. 11. tom. 3.

lib. 4. com. 4. tom. 2.

Vide 1. q. 48. 21. 3. & 2. di. 34. ar. 4. & 3. contra 6. 11.

habet ad bonum ordinem: cum esse in potentia nihil aliud sit, quam ordinari in actum. Patet ergo quod id quod est in potentia, ex hoc ipso quod est in potentia habet rationem boni. Oportet ergo subiectum in quantum est in potentia respectu cuiuscumque perfectionis, etiam materia prima, ex hoc ipso quod est in potentia, habet boni rationem & quia Platonici non distinguiebant inter materiam & privationem, ordinantes materiam cum non ente, dicebant quod bonum ad plura se extendit quam ens. & hanc viam videtur secutus Dionysius in libro de divinis nominibus. bonum praordinans enti. & quamvis materia distinguatur a privatione, & non sit non ens nisi per accidens, adhuc tamen haec consideratio quantum ad aliquid vera est: quia materia prima non dicitur ens nisi in potentia, & esse simpliciter habet per formam: sed potentiam habet per seipsam. & cum potentia pertineat ad rationem boni, ut dictum est, sequitur quod bonum conveniat ei per seipsam. Quamvis autem quodcumque ens, siue in actu, siue in potentia absolute bonum dici possit, non tamen ex hoc ipso quodlibet res est bonum hoc: sicut si aliquis homo sit bonus simpliciter, non sequitur quod sit bonus cytharizans, sed tunc tantum, quando habet perfectionem in arte cytharizandi. Sic ergo licet homo secundum hoc ipsum, quod est homo, sit quoddam bonum, non tamen ex hoc ipso est bonus homo: sed id quod facit bonum unumquodque, est propria virtus eius. Virtus enim est quae bonum facit vicini potentiae rei, ut dicitur in 1. de Caelo. Ex quo patet quod tunc dicitur aliquid bonum hoc, quando habet perfectionem propriam: sicut homo bonus quando habet perfectionem hominis, & bonus oculus quando habet perfectionem oculi. secundum praemissa ergo apparet tripliciter dici bonum. uno enim modo ipsa perfectio rei bonum eius dicitur, sicut acumen visus dicitur bonum oculi, & virtus dicitur bonum hominis. secundo, dicitur bonum, res quae habet suam perfectionem: sicut homo virtuosus, & oculus acute videns. tertio modo dicitur bonum ipsum subiectum, secundum quod est in potentia ad perfectionem: sicut anima ad virtutem, & substantia oculi ad acumen visus. Cum autem malum ut supra dictum est, nihil aliud sit quam privatio debita perfectionis, privatio autem non sit nisi in ente in potentia, quia hoc privari dicimus quod natum est habere aliquid & non habet, sequitur quod malum sit in bono, secundum quod ens in potentia dicitur bonum. Bonum autem quod est perfectio, per malum privatur: unde in tali bono non potest esse malum. Bonum autem quod est compositum ex subiecto & perfectione, diminuitur per malum, in quantum tollitur perfectio, & remanet subiectum, sicut caecitas privatur visum & diminuit oculum videntem, & est in substantia oculi, vel etiam in ipso animali sicut in subiecto. Unde si aliquid bonum est, quod est actus purus nullam potentiae permissionem habens, cuiusmodi est Deus in tali bono modo potest esse malum.

Cap. 1. de divinis nominibus.

In illis nominibus.

Lib. 2. c. 6. in principio. 3. De Caelo. c. 6. 16. 10. 2.

In corpore artis.

Art. 1. huiusmodi.

designet rationem praexistentem in subiecto, ad quod procedit ratio.

Ad 111. dicendum, quod malum non opponitur bono in quo est: est enim in bono quod est in potentia. Malum autem est privatio, potentia autem non opponitur neque privationi neque perfectioni nisi subternitur utrique. Dionysius tamen in 4. c. de divinis nominibus hac ratione ad ostendendum, quod malum non est in bono tanquam aliquid existentem.

Ad 111. dicendum, quod illa multipliciter defectum habet. Nam quod primo dicitur, quod non convenit pluribus, convenit eis secundum unam naturam communem, veritatem habet in his, quae de se dicuntur vniuocae praedicantur. Bonum autem non praedicatur vniuocae de omnibus bonis, sicut nec ens de omnibus entibus: cum utrumque circumveniat genera. Et haec ratio Aristotelis in 1. Ethico. ostendit non est vna communis idea boni. Secundo, quando dato quod bonum diceretur vniuocae, & etiam malum, tamen malum cum sit privatio non dicitur de multis secundum unam intentionem. Tertio, dato quod utrumque vniuocum esset, & utrumque aliquam naturam significaret, posset quidem dici, quod una natura mali opponeretur communi boni. Non tamen oporteret quod quodlibet malum opponeretur cuiuslibet bono, sicut vitium in communem opponitur cuiuslibet virtuti in communi: non tamen quod vitium cuiuslibet virtuti. Intemperantia enim non opponitur liberalitati.

Ad v. dicendum, quod in hoc quod malum in bono, non fallit regula dialecticorum secundum rei veritatem, quia malum non est in bono nisi oppositum, ut dictum est: sed fallit secundum quod apparentiam, prout malum absolute dictum est bonum, videtur oppositionem habere.

Ad vi. dicendum, quod malum cum non est in subiecto, sicut accidens naturale, non causaliter habet: exteriori causam per se, sed per accidens tantum, ut patebit cum de causa mali quaeretur.

Ad vii. dicendum, quod malum non est in subiecto in bono quod diminuit vel corrumpit, sed potius in bono, secundum quod eius in potentia dicitur bonum.

Ad viii. dicendum, quod quamvis actus sit bonum: non tamen sequitur, quod potentia sit bonum: sed sit malum: sed privatio quae opponitur bono. Potentia vero ex hoc ipso quod habet ordinem ad bonum, habet rationem boni, ut dictum est.

Ad ix. dicendum, quod in illa ratione malum defectus est. Primum enim licet finis sit secundum bonum; non tamen solus finis est bonum, sed etiam ea quae ordinantur ad finem, ex ipso ordine habent rationem boni, ut dictum est. Secundo, quia licet finis sit idem cum forma, non tamen sequitur quod finis sit forma. Nam in quibusdam etiam ipsa operatio vel usus est finis, ut dicitur in 1. Ethico. Et iterum factum sit quoddam modo finis facientis, dicitur forma est finis in artibus quae materiam propriam & ipsa materia secundum quod est facta ab artifice, hac ratione est bonum, & finis: prout ad terminatur actio creantis.

Ad x. dicendum, quod ratio illa procedit de actibus quae consequuntur naturam subiecti, sicut virtus consequitur naturam ignis: aliter tamen est de deo quod est recessus a natura, sicut egritudo enim sequitur si aegritudo est accidens animalis: quanto animal fuerit fortius, tanto sit magis egritudo: sed quod tanto sit minus aegritudo: & eadem ratio

quolibet malo potest tamen dici quod quanto aliquid magis est in potentia & magis aptum ad bonum, tanto peius sit ipsum privari bono. Bonum autem quod est subiectum mali est potentia. & sic aliquo modo quanto magis est bonum quod est subiectum mali, tanto magis est malum.

Ad xi. Dicendum, quod subiectum conferuat accidens, quod naturaliter ei inest. Sic autem malum non est in bono tanquam naturaliter inherens bono: & tamen malum non potest esse, si totaliter bonum destrueretur.

Ad xii. Dicendum, quod sicut dicit Aug. in Enchi. q. sententia prophetica est contra eos, qui dicunt bonum in quantum est bonum, esse malum: non autem est contra eos, qui dicunt id quod est secundum aliquid bonum, secundum aliud esse malum.

Ad xiii. Dicendum, quod malum non dicitur esse in bono quasi aliquid positivum dictum: sed sicut privatio.

Ad xiiii. Dicendum, quod non solum id quod est perfectum habet rationem boni: sed etiam id quod est in potentia ad perfectionem: & in tali bono non est malum.

Ad xv. Dicendum, quod id quod est subiectum privationi, licet non sit appetibile ex eo quod est sub privatione: est tamen appetibile ex eo quod est in potentia ad perfectionem. & secundum hanc rationem est bonum.

Ad xvi. Dicendum, quod malum nocet bono eo posito ex potentia & actu, in quantum aufert ei suam perfectionem: nocet etiam ipsi bono quod est in potentia, non quasi aliquid eius auferens: sed in quantum est ipsa ablatio, vel privatio perfectionis cui opponitur.

ARTICULVS III.

Utrum bonum sit causa mali.

Terio queritur, utrum bonum sit causa mali. Et videtur quod non dicitur. Matth. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere. Fructus autem dicitur effectus cause. ergo bonum non potest esse causa mali.

¶ 2 Præ. Effectus habet similitudinem in sua causa, quia omne agens agit sibi simile: sed similitudo mali non præexistit in bono. ergo bonum non est causa mali.

¶ 3 Præ. Ea que sunt causatorum, substantialiter præexistunt in causis. si ergo malum causatur ex bono, malum substantialiter præexistit in bono, quod est impossibile.

¶ 4 Præ. Vni oppositum non est causa alterius: sed malum opponitur bono. ergo bonum non est causa mali.

¶ 5 Præ. Dionys. dicit 4. c. de diu. no. quod malum non est ex bono: nisi ex bono est, non est malum. Sed dicitur, quod bonum in quantum deficiens est causa mali.

¶ 6 Sed contra. Omnis defectus habet rationem mali. Si ergo bonum est causa mali in quantum est deficiens, sequitur quod bonum est causa mali in quantum præhabet in se aliquid malum: & tunc redibit questio de illo malo: aut ergo procedetur in infinitum, aut oportebit reducere in aliquod primum malum, quod sit causa mali, aut oportebit dicere quod bonum in quantum huiusmodi, est causa mali. Sed dicendum, quod ille defectus qui præexistit in bono secundum quod est causa mali, non est malum in actu: sed defectus habitus sine potentia ad defectum.

¶ 7 Sed contra. Philo. dicit in 2. Phys. quod causa secundum potentiam comparatur effectibus secundum potentiam, & causa secundum actum comparatur effectibus secundum actum. Ex hoc ergo quod est aliquid potens deficere, non est causa defectus in actu, quod est malum in actu.

A ¶ 8 Præ. Posita causa sufficienti ponitur effectus, quod de ratione cause est quod faciat debere esse effectum: sed non quandoque est defectibilitas in aliqua creatura, inuenitur in ea malum in actu. Si ergo aliquid defectibile nondum deficiens in instanti quod est a: in b, aut deficiat actu: aut ergo aliquid aduenit in b, quod non erat in a, aut nihil. Si nihil, non deficiet in b, sicut non deficiebat in a: si autem aliquid additum est, aut est bonum, aut malum. Si malum, erit abire in infinitum sicut prius: si bonum, ergo bonum in quantum huiusmodi est causa mali, & sic sequitur quod magis bonum sit causa magis mali, & summum bonum causa summi mali. Non ergo bonum in quantum est deficiens, est causa mali.

B ¶ 9 Præ. Omne bonum in quantum est creatum, est potens deficere. Si ergo bonum in quantum est potens deficere, est causa mali, sequitur quod bonum in quantum est creatum, sit causa mali: sed semper bonum creatum manet creatum. ergo semper erit causa mali, quod est inconueniens.

¶ 10 Præ. Si bonum in quantum deficiens actu vel potentia, est causa mali, sequitur quod Deus quo nullo modo est deficiens nec actu nec potentia, non possit esse causa mali, quod est contra illud quod dicitur Ista. 45. Ego Dominus creans malum, & Amos 3. Non est malum in ciuitate quod Deus non facit. ergo bonum non est causa mali in quantum est deficiens.

C ¶ 11 Præ. Sicut se habet perfectio ad bonum: ita se habet defectus ad malum. ergo commutatim sicut se habet defectus ad bonum, ita se habet perfectio ad malum: sed aliquis defectus in quantum est defectus, est causa boni, sicut fides in quantum est visio enigmatica, quod ad defectum visionis pertinet, est causa meriti. ergo bonum in quantum est perfectum, & non in quantum est deficiens, potest esse causa mali.

¶ 12 Præ. Ad operandum tria requiruntur, ratio dirigens, voluntas imperans, & potentia exequens: sed defectus in ratione qui est ignorantia excusat a malo, id est a culpa, & sic non est causa mali. Et similiter defectus potentie, qui est infirmitas, excusat. ergo & defectus qui est in voluntate excusat. Non ergo voluntas in quantum est bonum deficiens, est causa mali.

¶ 13 Præ. Si voluntas in quantum est deficiens, est causa mali, aut ergo in quantum est deficiens a bono quod debet ei inesse, & hæc est poena. & sic poena præcederet culpam, aut a bono quod non debet ei inesse: & ex tali defectu nullum malum sequitur. non enim aliquid malum sequitur in lapide, ex hoc quod non habet visum. Nullum ergo bonum est causa mali in quantum est deficiens. Sed dicendum, quod bonum in quantum huiusmodi potest esse causa mali: sed per accidens.

¶ 14 Sed contra. Actio agentis per accidens attingit ad effectum, sicut actio effodientis sepulchrum attingit ad thesaurum inuentum. Si ergo bonum est causa mali per accidens, sequitur quod actio boni pertinet ad ipsum malum, quod videtur inconueniens.

¶ 15 Præ. Agens aliquid illicitum præter intentionem, non peccat, sicut si aliquis intendat percutere hostem, & percutiat patrem: per accidens autem causa alicuius est quod non intendit ipsum. Si ergo malum non habet causam nisi per accidens, sequitur quod nullus faciendo malum peccat, quod est inconueniens.

¶ 16 Præ. Omnis causa per accidens reducitur ad causam per se. Si ergo malum habeat causam per accidens, videtur sequi, quod malum haberet causam per se.

¶ 16 Præ. Illud quod prouenit per accidens, prouenit

ut pauca. sed mala provenit ut in pluribus quia
ut dicitur Eccl. Scilicet infinitus est numerus. ergo
malum habet causam per se & non per accidens.

Lib. 2. com.
9. de seq. l. 2.

¶ 18 Præter natura est causa per se eorum quæ natu-
raliter sunt, ut dicitur 2. Phy. sed aliqua mala sunt
naturaliter, scilicet corrumpi, & senescere, ut dicitur
5. Phy. ergo non est dicendum quod bonum
sit causa mali per accidens.

¶ 19 Præter. Bonum est actus & potentia: sed neutrum
est causa mali. Nam forma quæ est actus privatur
per malum, bonum autem, quod est potentia, se
habet ad utrumque. scilicet ad bonum & ad malum. ergo
nullum bonum est causa mali.

Ca. 14. et 15.
10. 3.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Enchi. q.
malum non potest oriri nisi ex bono.

Capit. 4. p. 4.
circa unam.
Vide 1. par.
q. 49. art. 1. et
2. et 13. q.
75. art. 1. et
2. et 1. q. 1.
& 2. contra
gen. c. 46.

¶ 2 Præter. Dion. dicit 4. c. de divi. no. quod omnium
malorum principium & finis est bonum.

RESPON. Dicendum, quod causa mali est bonum,
eo modo quo malum causam habere potest. Scien-
dum est enim quod malum causam per se habet non
potest. Quod quidem tripliciter apparet. Primo quod
dum quia illud, quod per se causam habet, est in-
tentionem agentis, non est effectus per se, sed per
accidens, sicut effossio sepulchri per accidens est
causa inventionis thesauri, cum provenit præter
intentionem fodientis sepulchrum. Malum autem
inquantum huiusmodi, non potest esse intentionem,
nec aliquo modo volitum, vel desideratum, quia
omnia appetibile habet rationem boni, cui opponit
malum inquantum huiusmodi. unde videmus quod
nullus facit aliquid malum nisi intendens aliquid
bonum, ut sibi vis, sicut adulterio bonum ut quod
delectatione sensibili fruatur, & propter hoc adul-
terium committit. Unde relinquitur quod malum non
habet causam per se. Secundo idem apparet quod om-
nis effectus per se habet aliquam similitudinem
sua causa, vel secundum eandem rationem, sicut in
agentibus univocis, vel secundum deficientem rationem
sicut in agentibus æquivocis: omnis enim causa
agens agit secundum quod actu est, quod pertinet ad
rationem boni. Unde malum secundum quod huius-
modi, non assimilatur cause agentis nisi id quod
est agens. Relinquitur ergo quod malum non habeat
causam per se. Tertio idem apparet ex hoc, quod
omnis causa per se, habet certum & determinatum
ordinem ad suum effectum: quod autem sit secundum
ordinem, non est malum, sed malum accidit in præ-
termittendo ordinem. Unde malum secundum quod huius-
modi, non habet causam per se, oportet tamen quod malum
aliquo modo causam habeat. Manifestum est enim quod
cum malum non sit aliquid per se existens, sed sit
aliquid in hærens, ut privatio (quæ quidem est de-
fectus eius quod est natum inesse & non inesse) quod
esse malum non naturaliter inest ei cui inest. Si enim
aliquis defectus est alicui rei naturaliter, non potest
dici quod sit malum eius, sicut non est malum homini
non habere alas, nec lapidi non habere visum, quia est secundum
naturam. Omne autem ens quod non naturaliter
inest alicui, oportet habere aliquam causam, non
enim aqua esset calida nisi ab aliqua causa. Unde
relinquitur quod omne malum habeat aliquam cau-
sam: sed per accidens, ex quo per se causa habet non po-
test. Omne autem quod est per accidens, reducitur
ad id quod est per se. Si autem malum non habeat cau-
sam per se, ut ostensum est, relinquitur quod solum
bonum habeat causam per se. Nec potest per se causa bo-
ni esse nisi bonum, cum causa per se causet sibi si-
milit. Relinquitur ergo quod cuiuslibet mali, bonum

D. 1200.

In istomet
art.

fit causa per accidens. Contingit autem & malum
quod est defectum bonum, esse causam mali
sed tamen oportet devenire ad hoc quod prima causa
mali non sit malum: sed bonum. Est ergo duplex
modus quo malum causatur ex bono, uno modo
bonum est causa mali inquantum est deficientis,
alio modo inquantum est per accidens agens. Quod
quidem in reb. naturalib. de facili apparet, huius
enim mali quod est corruptio aquæ, causa est ignis
tutus ignis activa. Quæ quidem non principaliter
tendit, & per se, non esse aquæ: sed principaliter
tendit formam ignis inducere in materia, cui con-
iungitur ex necessitate non esse aquæ & sic per ac-
cidens est quod ignis faciat aquam non esse. Huius
vero mali, quod est monstruositas partus, causa est
virtus deficientis in femine: sed si quaratur causa
huius defectus quod est malum feminis, erit de-
nire in aliquod bonum quod est causa mali per ac-
cidens, & non inquantum est deficientis. Huiusmo-
defectus qui est in femine, causa est aliquod principium
alterans, quod inducit qualitatem contrariam qua-
litati quæ requiritur ad bonam dispositionem femi-
nis. Cuius alterantis virtus quæ fuerit perfectior
tanto hanc qualitatem contrariam magis inducit
& per consequens defectum feminis consequen-
tem. Unde malum feminis non causatur ex bono
inquantum est deficientis: sed causatur ex bono in-
quantum est perfectum, sed per accidens. In volun-
tariis autem, quodammodo similiter se habet. Sed in
quantum ad omnia. Manifestum est enim quod de-
lectabile secundum sensum, movet voluntatem ad alter-
& afficit eam delectatione tali delectatione, quæ
excludit ordinem rationis & legis divine, quod est
malum morale. Si ergo ita esset quod voluntas non
necessitate reciperet impressionem delectabilem al-
licientis, sicut ex necessitate corpus naturale recipit
impressionem agentis, omnino idem esset in
voluntariis & naturalibus. Non est autem sic, quia
tunc quæ exterior sensibile alliciat, in potentia
tamen voluntatis est recipere vel non recipere
de mali quod accidit ex hoc quod recipit, non
causa ipsum delectabile movens: sed magis ipsa
luntas. Quæ quidem est causa mali secundum
prædictum modum. scilicet & per accidens, in-
quantum est bonum deficientis: per accidens quod
inquantum voluntas fertur in aliquid quod est bo-
num secundum quid: sed habet coniunctum quod
est simpliciter malum, sed ut bonum deficientis in-
quantum in voluntate oportet præconsiderare
quæ defectum ante ipsam electionem deficientem
per quam eligit secundum quid bonum, quod est im-
pliciter malum, quod sic patet. In omnibus enim qua-
rum unum debet esse regula & mensura alteram
bonum in regulato & mensurato est ex hoc, quod
regulatur & conformatur regule & mensura
lum vero ex hoc quod est non regulari vel men-
rari. Si ergo sit aliquis artifex, qui debeat aliquam
lignum recte incidere secundum aliquam regu-
si non directe incidat, quod est male incidere, sed
mala incisio causabitur ex hoc defectu quod arti-
fex erat sine regula & mensura. Similiter delecta-
tio, & quodlibet aliud in rebus humanis est men-
surandum & regulandum secundum regulam rationis
& legis divine, unde non uti regula rationis & legi-
gis divine, præintelligitur in voluntate ante qua
dinatam electionem. Huiusmodi autem quod est
uti regula prædicta, non oportet aliquam causam
querere, quia ad hoc sufficit ipsa libertas volun-
tis per quam potest agere vel non agere, & hec op-
tum

sum quod est non attendere actu ad talē regulā in se consideratam, non est malum, nec culpa, nec poena: quia anima nō tenetur, nec pōt attendere ad huiusmodi regulam semper in actu: sed ex hoc accipit primo rationem culpā, q̄ sine actuali cōsideratione regulā pcedit ad huiusmodi electionem. Sicut artifex non peccat in eo, q̄ non semper tenet mensuram: sed ex hoc, q̄ non tenens mensuram procedit ad incidendum. & similiter culpa uoluntatis nō est in hoc, q̄ actu non attendit ad regulam rationis vel legis diuinā: sed ex hoc q̄ nō habens regulam vel mensuram huiusmodi, procedit ad eligendū, & inde est q̄ Aug. dicit in 12. de ciui. Dei. q̄ uoluntas est causa peccati in quantum est deficiens: sed illum defectum comparat silentio vel tenebris, quia scilicet defectus ille est negatio sola.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut Aug. soluit in Enchi. per arborem intelligitur uoluntas, per fructum intelligitur opus exterius. Sic ergo intelligendum est, q̄ arbor bona non potest fructus malos facere, quia ex bona uoluntate nō procedit opus malum, sicut nec ex mala uoluntate procedit opus bonum: sed tamen & ipsa mala uoluntas est ex aliquo bono, sicut & ipsa mala arbor caufatur ex terra bona. Sicut n. supra dictum est, si aliquis effectus malus caufetur ex causa mala, quā est bonum deficiens: tamen oportet deuenire ad hoc q̄ malum caufetur per accidens a bono non deficiente.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ obiecto illa procedit de causa per se: in tali enim causa praexistit similitudo effectus. Sic autem bonum non est causa mali, ut dictum est: sed per accidens.

AD TERTIVM dicendum, q̄ etiam illa ratio procedit de causa & effectu per se: causa enim quā substancialiter praebet quod est in effectu: est causa per se.

AD QVARTVM dicendum, q̄ oppositum non est causa sui oppositi per se: sed per accidens nihil prohibet. Frigidum enim est causa calidi, conuersum quodammodo & ambiens, ut dicitur in 8. Phyls.

AD QVINTVM dicendum, q̄ Dio. q̄ ibi intelligit, q̄ malum nō sit ex bono, sicut ex causa per se: sed postea in eodem capite ostendit quod malum sit ex bono per accidens.

AD SEXTVM dicendum, q̄ aliquod bonum est causa mali in quantum est deficiens, non tñ hoc solūmodo bonū est causa mali, sed ēt quodāmodo bonū non in quantum est deficiens, est causa mali p accidens: sed in uoluntarijs causa mali qd est peccatum, est uoluntas deficiens: sed ille defectus non hēt rōnem nec culpā nec pēnā, s̄m q̄ praetelligitur peccato, sicut expositum est. Nec huiusmodi defectus oportet aliam causam querere: unde non oportet procedere in infinitum. Cum ergo dī q̄ bonum in quantum est deficiens, est causa mali, si ly in quantum, designet aliquid pexistens, sic non est uniuersaliter uerum: si aut designet concomitantiam, sic uerum est uniuersaliter, quia oē qd caufat malum, est deficiens. i. defectum caufans, sicut si diceretur, q̄ omne calefaciens calefacit in quantum est calefaciens.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ bonum in quantum hēt aptitudinem ad deficiendum, non est sufficiens causa, q̄ sit in actu: sed in quantum hēt aliquē defectum in actu, sicut etiam in uolūtate expositum est. Quamuis etiam non sit necessarium, q̄ habeat qualemcumq; defectum ad hoc quod sit causa mali, quā si non sit deficiens pōt esse p accidens causa mali, & per hoc etiam patet responsio ad OCTAVVM.

A **AD NONVM** dicendum, q̄ bonū ex hoc, q̄ est creatū, aliquo modo pōt deficere illo defectu, ex quo malū uolūtarium procedit: quia ex hoc ipso, q̄ est creatum, sequitur q̄ ipsum sit subiectū alteri, sicut regulā & mensura. Si autem ipsum esset sua regula, & mensura non posset sine regula ad opus procedere. Propter hoc Deus, qui est sua regula, peccare nō potest: sicut nec artifex peccare posset in incisione ligni, si sua manus regula esset incisionis.

AD X. dicendum, q̄ sicut iam dictum est, nō oportet q̄ bonum quod est causa mali per accidens, sit bonum deficiens. Sic autem Deus est causa mali pēnā: non n. in puniendo intendit malum eius quod punitur: sed ordinem suā iustitiā imprimere rebus, ad quod sequitur malum huius quod punitur, sicut ad formam ignis sequitur priuatio formae aquae.

AD XI. dicendum, q̄ fides nō est meritoria ex hoc, q̄ est cognitio aenigmatica: sed ex hoc q̄ tali cognitione uoluntas bene utitur, assentiendo. s̄ his q̄ non uidet propter Deum, Nihil autem prohibet, quod etiam aliquis bene utendo malo mereatur: sicut econtrario aliquis male utendo bono, demeretur.

AD XII. dicendum, q̄ defectus ipse uolūtatis est culpa, sicut defectus intellectus est ignorantia: & sicut defectus potentiae exequentis est infirmitas. Sic ergo defectus uolūtatis non excusat a culpa, sicut nec defectus intellectus excludit ignorantiam, neque defectus potentiae excludit infirmitatem.

AD XIII. dicendum, quod defectus qui praetelligitur in uoluntate ante peccatum, nō est culpa neque poena, sed negatio pura: sed accipit rationē culpae ex hoc ipso, quod cum tali negatione se applicat ad opus. Ex ipsa enim applicatione ad opus fit debitum illud bonum, quo caret, scilicet attendere actu ad regulam rationis & legis diuinā.

AD XIV. dicendum, q̄ cā p accidens dī aliquid alicuius dupliciter. vno modo ex parte caufae, sicut cā domus p se est edificator cui accidit esse musicum: & sic musicum quod accidit caufae per se, dī p accidens causa domus. alio modo ex parte effectus, ut si dicatur quod edificator est cā domus per se: causa aut alicuius quod accidit domui est per accidens, sicut q̄ domus sit fortunata vel infortunata, hoc est quod alicui in domo facta accidat bene vel male. Cū ergo dī quod bonum est cā mali p accidens, intelligendum est s̄m accidens quod accidit effectui, in quantum. s̄ bonum est causa alicuius boni, cui accidit quaedam priuatio quā dī malum: licet autem aliquando actio caufae peringat ad ipsum effectum qui est per accidens, sicut effodiens sepulchrum p suam effossionem inuenit thesaurum, non tamen hoc est semper uerum. Operatio n. edificatoris nō pertingit ad hoc, quod habitū in domo bene vel male accidat. & sic dico, quod actio boni non pertingit ad malum caufatum: propter quod Dionysius dicit 4. cap. de diu. no. quod malum non solum est praeter intentionem, sed etiam praeter uiam, quia motus per se non terminatur ad malum.

AD XV. dicendum, quod aliqui accidens alicuius effectus cōiungitur ei, ut in paucioribus & raro: & tūc agēs dū intendit effectum per se, nō oportet quod aliquo modo intendat effectum per accidens. Aliquando uero h̄mōi accidens cōcomitatur effectū principaliter intantum semper, vel ut in pluribus: & tūc accidens non separatur ab intentione agentis. Si ergo bono quod uoluntas intendit, adiungitur aliquod malum, ut in paucioribus, potest excusari a peccato

In solut. ad 6. argum.

cap. 4. p. 4. aliquantulum ante finem.

a peccato. sicut si aliquis incidens lignum in sylva p...

Ad xv. dicendum, quod sicut per accidens quod est ex parte...

Ad xvi. dicendum, quod non semper id quod est per accidens...

Ad xvii. dicendum, quod corruptio dicitur mutatio naturalis...

Ad xix. dicendum, quod causa mali per accidens non est bonum...

ARTICULVS IIII. Vtrum malum conuenienter diuidatur per penam...

Qvarto quaritur, vtrum malum conuenienter diuidatur per culpam...

¶ 2 Sed contra, Actus in quantum est inordinatus, est malus...

¶ 3 Præter. Perfectio secunda quæ est operatio, est melior quam prima...

¶ 4 Præter. Omnis passio anxietatē inducēs, videtur...

penam habere: sed multa peccata sunt cum passio...

¶ 5 Præter. Si peccatum per concomitantiam est peccatum...

¶ 6 Præter. Sicut dicit Aug. in lib. de Natura boni...

¶ 7 Præter. Contingit aliquæ gratiam non habentem peccare...

¶ 8 Præter. Ipse actus peccati, sicut hoc qd est adus...

¶ 9 Præter. Illud quod sicut seipsum est bonum, non debet poni...

¶ 10 Præter. Aliquod malum est, quod nec est culpa, nec est...

¶ 11 Præter. De ratione penæ est, quod sit contra voluntatem...

¶ 12 Præter. Quoties dicitur vnum oppositum, quoties dicitur...

¶ 13 Præter. Secundum Philo. in 2. Eth. malum est tripliciter...

De iudic...

2. Eth. & quia sensibilia bona sunt magis nota apud multos...

Homil. 11. in Ezech. a meo...

Lib. 1. c. 12. in 6. tom. 1.

Lib. 1. cap. 8. tom. 5.

is, & ideo malum rationalis creatura speciali quadam diuisione diuiditur per culpam & poenam. hec .n. diuifio non est mali nisi fm q in rationali natura inuenitur, vt patet ex auctoritate Augustini inducta, ex qua etiã huiusmodi ratio accipi potest, quia scilicet de ratione culpæ est quod sit secundum voluntatem: de ratione aut poenæ est quod sit contra voluntatem. Voluntas autem in sola natura intellectuali inuenitur, horum autem duorum distinctio sic potest accipi. Cum .n. malum opponatur bono, necesse est q fm diuisionem boni diuidatur malum: bonum autem quandam pfectionem designat. Perfectio autem est duplex, scilicet prima, quæ est forma vel habitus, & secunda, quæ est operatio. Ad perfectionem autem primam, cuius vltus est operatio, potest reduci omne illud quo vitmur operando. Vnde & e contrario duplex malum inuenitur. Vnum quidẽ in ipso agente, fm q priuatur vel forma vel habitus, vel quocumq; quod necessarium sit ad operandum, sicut cecitas, vel curuitas tibie quoddam malũ est. Aliud vero malum est in ipso actu deficiente, sicut si dicamus claudicationem esse aliquid malum. Si autem in alijs contingit hec duo repetiri, ita & in natura intellectuali, quæ p voluntatem operatur, in qua manifestum est q inordinata actio voluntatis habet rationem culpæ: ex hoc .n. aliquis vituperatur & culpabilis redditur, q inordinata actionem voluntarie operatur. Est aut in creatura intellectuali inuenire malum fm priuationem forme, aut habitus, aut cuiuscumq; alterius, quod posse esse necessarium ad bene operandum, siue p tinear ad animam, siue ad corpus, siue ad res exteriores, & tale malum fm fidei Catholicæ insiam, necesse est q poena dicatur. Sunt .n. tria de ratione poenæ. Quorum vnum est, q habeat respectum ad culpam: dicit enim proprie aliquis puniri, quando patitur malum pro aliquo quod commisit. Habet autem hoc traditio fidei, quod nullum nocuum creatura rationalis potuisset incurere, neque quantum ad animam, neque quantum ad corpus, neque quantum ad aliqua exteriora: nisi peccato præcedente, vel in persona, vel saltem in natura. & sic sequitur q omnis talis boni priuatio, quo uti quis potest ad bene operandum in hominibus, poena dicatur, & pari rone in angelis. & sic omne malum rationalis creatura, vel sub culpa, vel sub poena continetur. Secundum vero quod pertinet ad rationem poenæ, est q voluntati repugnet. Voluntas enim vniuscuiusq; inclinationem habet in proprium bonum: vnde priuati proprio bono, voluntati repugnat. Sciendum tamẽ est, q poena tripliciter repugnat voluntati. Qm̃q; quod voluntati actuali, sicut cum quis se sciente sustinet aliquam poenam. Quandoq; vero est contra voluntatem tm̃ habitualem, sicut cum alicui ignoranti subtrahitur aliqd bonũ, de quo doleret si sciret. Quandoque vero solum contra naturalem inclinationem voluntatis, sicut cũ quis priuatur habitu virtutis, qui virtutẽ hñe non vult, sed tamen naturalis inclinatio voluntatis est bonũ virtutis. Tertium vero esse videtur de ratione poenæ, ut in quadam passione consistat. Ea .n. quæ contra voluntatem eueniunt, nõ sunt a principio intrinseco, quod est volũtas, sed a principio extrinseco, cui effectus passio dicitur. Sic ergo tripliciter poena & culpa differunt. Primo quidem, quia culpa est malum ipsius actionis, poena autem est malum agentis: sed hæc duo mala aliter ordinantur in naturalibus & voluntariis. Nam

A in naturalibus ex malo agẽtis sequitur malũ actionis, sicut ex tibia curua sequitur claudicatio. In voluntarijs autem e conuerso, ex malo actionis, quod est culpa, sequitur malum agentis quod est poena, diuina providentia culpã per poenã ordinante. Secundo modo differt poena a culpa p hoc, quod est fm voluntatem, & contra voluntatem esse, vt patet per auctoritatẽ Aug. supra inductam. Tertio vero per hoc q culpa est in agendo, poena vero in patiendo, vt patet per Aug. in 1. de lib. arb. vbi culpam nominat malum, quod agimus, poenam vero malum quod patimur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q cum de rone culpæ sit q sit voluntaria, de rone autem poenæ, quod sit contra voluntatem vt dictum est, impossibile est q idem fm idem sit poena & culpa: quia idem secundum idem non potest esse voluntarium & contra voluntatem: sed secundum diuersa nihil prohibet. Et .n. quod volumus, potest esse aliquid coniunctũ, quod naturaliter voluntati repugnet, & querendo quod volumus, incurrimus in id quod nollemus. & hoc in peccantibus accidit. Dum enim inordinate afficiuntur ad aliquod bonum creatum, incurrun separationem a bono increato, & alia hmoi quæ non vellent. & sic idem secundum diuersa potest esse & culpa & poena: sed non secundum idem.

AD SECVNDVM dicendum, quod ipse actus non est volitus in quantum est inordinatus: sed secundũ aliquid aliud, quod dum voluntas querit, in prædictam inordinationem incurrit quam non vellet. & sic ex eo quod est volitum, habet rationem culpæ: ex eo vero quod inordinationem inuite quis quodammodo patitur, immiscetur ratio poenæ.

AD TERTIVM dicendum, quod ipsa inordinata actio secundum quod a voluntate procedit rationem culpæ habet: secundum vero quod eligens ex hac incurrit impedimentum debitæ operationis, hoc pertinet ad rationem poenæ. vnde idem potest esse poena, & culpa: sed non secundum idem.

AD QVARTVM dicendum, q hmoi et anxietates passionum consequuntur in peccate, pter voluntatẽ ipsius. Eligit etenim iracundus sic insurgere in punitionem alterius, vt ipse ex hoc nullam anxietatem, vel laborem pateretur. Vnde cum in ista incurrit pter suã voluntatem, hoc ad rationẽ poenæ pertinet.

AD QVINTVM dicendum, q magis denominat aliqd ab eo a quo depedit, q ab eo quod dependet ab ipso. Põnã autem habet poenã concomitantẽ dupliciter. vno quidem modo sicut a qua quodammodo dependet: sicut cũ aliquis pp culpam præcedentẽ a gratia deseruit, ex hoc sequitur ipsum peccare. Vnde ipsum peccatum dicitur poena ratione desertionis gratiæ, a qua quodammodo dependet. & sic primum peccatum non potest dici poena: sed peccata sequentia. Alio vero modo peccatũ habet poenam concomitantẽ, quæ cõsequitur ex ipso, sicut est separatio a Deo, vel priuatio gratiæ, vel inordinatio agẽtis, vel anxietas passionis seu laboris. Et a poena sic concomitante, non ita proprie peccatum dicitur poena: quãuis etiã & sic possit dici poena causaliter, sicut Aug. dicit, q inordinatus animus sibi ipsi est poena.

AD SEXTVM dicendum, q malũ in cõi acceptum est corruptio naturalis modi speciei, & ordinis in communi: malum vero poenæ, in ipso agente: malũ vero culpæ in quantum huiusmodi, in ipsa actione.

AD SEPTIMVM dicendum q in eo q nõ hñt gratiã, culpa priuat aptitudinẽ ad gratiã, nõ totaliter tollẽdo, sed diminuendo ipsam. Hæc aut priuatio nõ est malum

In arg. 7.

Li. 1. in principio tom. 1.

In corp. art. & arg. 7.

in corp. art.

in corp. art.

in corp. art.

in corp. art.

Li. 1. confes. c. 12. in fine tom. 1.

malis culpe formaliter sed effectus eius q est pena. F
Malum autem culpe formaliter est privatio mo-
di, speciei & ordinis in ipso actu voluntaris.

Ad octavum dicendum, q corruptio boni i actione
ne i quatuor hmodi, no e pena agens p se loquedo sed
est pena actionis, si actioni puniri copeteret: sed ex
hac corruptione, vel privatione actionis, coligitur ali
qua corruptio vel privatio i agere, q hert rone pene.

Ad nonum dicendum, q poena fm q comparatur
ad subiectum, est malum, inquantum privatur illud ali-
quo modo: sed secundum quod comparatur ad
agens qui infert poenam, sic interdum habet ratio-
nem boni, quando puniens propter iustitiam punit.

In corp. art.

Ad x. dicendum, q ista divisio, sicut dictum est, no est
mali cõiter accepti: sed mali fm q in ronal creatu-
ra invenitur, in qua non potest esse aliquod malum

In corp. art.

quod non sit culpa vel pena, vt dictum est. Intelligẽ-
dum tamen est, q no omnis defectus habet ratio-
nem mali, sed defectus boni quod natum est haberi:
Vnde non est defectus homini qui non potest
volare, & per consequens nec culpa est, nec poena.

Ad xi. dicendum, quod incommoda vel damna
qua quis nesciens patitur, licet non sint contra vo-
luntatem actualem, sunt tamẽ contra voluntatem
naturalem, vel habitualem, vt dictum est.

In corp. art.

Ad xii. dicendum, quod bonum utile ordina-
tur in delectabile & honestũ, sicut in finem. & sic
duo sunt principalia bona, scilicet honestum & de-
lectabile, quibus opponuntur duo mala, culpa qui-
dem honesto, poena vero delectabili.

Ad xiii. dicendum, quod de singulis horum
trium bonorum, scilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ,
est considerare formam & actum. secundum quam
differentiam culpa a poena distinguitur, vt dictum est.

In corp. art.

ARTICULVS V.
Vtrum plus habeat de ratione mali, an poena vel culpa.

QVINTO quaeritur, quid habeat plus de ratio-
ne mali, vtrum poena vel culpa, & vtrum poena. Si-
cut. n. se habet meritum ad primum, ita se habet
culpa ad penam: sed primum est maius bonum q
meritum, ergo poena est magis malum quam culpa.

¶ 1 Præ. Illud est magis malum quod opponit magis bono: sed poena opponitur bono agentis, culpa autem bono actionis. Cum ergo melius sit agens quam actio, videtur quod peius sit poena quam culpa. Sed dicendum quod culpa est magis malum quam poena, inquantum separat a summo bono.

¶ 2 Præ. Illud est magis malum quod opponit magis bono: sed poena opponitur bono agentis, culpa autem bono actionis. Cum ergo melius sit agens quam actio, videtur quod peius sit poena quam culpa. Sed dicendum quod culpa est magis malum quam poena, inquantum separat a summo bono.

¶ 3 Sed contra, Nihil magis separat a summo bono, quam ipsa separatio a summo bono: sed ipsa separatio a summo bono est poena. ergo adhuc poena est maius malum quam culpa.

¶ 4 Præ. Finis est magis bonum quam ordo ad finem: sed ipsa privatio finis est poena, qua dicitur carentia visionis divinae, malum autem culpe est per privationem ordinis ad finem. ergo maius malum est poena quam culpa.

¶ 5 Præ. Magis malum est privari possibilitate ad actum solo actu, sicut maius malum est cecitas per quam privatur potentia visiva, q tenebra per quam impeditur ipsa visio: sed culpa opponitur ipsi merito, privatio autem gratiæ per quam est possibilitas ad merendum est poena. ergo poena est magis malum quam culpa.

¶ 6 Præ. Sed dicendum, quod culpa est magis malum quam poena, quia etiam huius poenæ culpa est causa.

¶ 7 Sed contra, Licet in causis per se, ca sit porior effectus: tñ hoc non est necessarium in causis per accidens. Cõtingit. n. causam per accidens esse minus bo-

num q effectum, sicut effectus sepulchri est causa accidens inuentionis thesauri. & similiter contingit causam per accidens esse minus malum q effectum sicut impingere ad lapidẽ est minus malum q incidere in manus hostis psequentis, qd per accidens hoc sequitur: sed poena est effectus culpe per accidens non enim qui peccat, intendit incidere in poenam non ergo sufficit ad hoc quod culpa sit magis malum quam poena, hoc quod culpa est causa poenæ.

¶ 7 Præ. Si culpa habet rationem mali, quia est causa poenæ: ergo malitia culpe est propter malitiam poenæ: sed propter quod vnumquodque est magis, ergo poena erit magis malum quam culpa.

¶ 8 Præ. Quod dicitur de aliquo formaliter, vnde dicitur uenit ei qd dicitur de aliquo causaliter, sicut uenit ei sanum animal q medicina. Si ergo malitia culpa est formaliter, sicut dicitur qd est causa poenæ, sequitur q magis malum sit poena q culpa: quia malum dicitur causaliter de poena vero formaliter. Sed dicendum quod malum dicitur etiam de culpa formaliter.

¶ 9 Sed contra. Formaliter dicitur aliquid malum, inquantum inest sibi privatio boni: sed maius bonum est qd est ipse finis, qd est poena, si ipse finis qd est poena per malum qd inest culpa, qd est ordo ad finem: ergo adhuc magis malum erit poena quam culpa.

¶ 10 Præ. Sicut dicit Dion. 4. c. de diu. nom. Nihil respiciens ad malum operatur, & idẽ dicit q malum est per voluntatem. ergo quod magis est per voluntatem magis est malum: sed poena est magis per voluntatem q culpa, quia de ratione poenæ est vt sit voluntatem dicitum est. ergo magis malum est poena quam culpa.

¶ 11 Præ. Sicut de ratione boni est, qd sit appetibile, ita de ratione mali est, qd sit fugibile: ergo qd est magis fugibile, e magis malum: culpa autem fugit pp peccatum & sic poena magis fugit, qd pp qd vnumquodque dicitur magis. ergo poena est magis malum quam culpa.

¶ 12 Præ. Sequens privatio plus nocet q primum: sed sequitur ad culpam. ergo plus nocet q culpa, est magis malum, quia malum dicitur inquantum nocet: secundum Aug. in Enchi.

¶ 13 Præ. Poena destruit subiectum, quia mors est poena qdam, culpa autem non: sed solum commaculat. ergo plus nocet poena quam culpa. ergo est magis malum.

¶ 14 Præ. Illud quod peligit a viro iusto, praeterit esse minus malum: sed Luth. cõ est in iustus praecipit culpam poenæ, offerens. s. filias suas libidini. Sed imitari, quod erat culpa, ne pateretur in iustis domo sua, dum hostibus. suis violentia inferretur quod est poena. ergo poena est magis malum q culpa.

¶ 15 Præ. Deus pro peccato i tali inferri poenam: quia ut dicit Greg. Aeternum est quod creatura temporale quod delectat: sed malum aeternum est poena malum temporale, sicut & bonum aeternum melius est temporali. ergo poena est magis malum quam culpa.

¶ 16 Præ. Sedm Phil. in 2. Topic. malum est in partem q boni. sed poena est in pluribus q culpa, quia malum non est sine culpa: ois autem culpa hert ad minus poenam annexam. ergo poena est magis malum quam culpa.

¶ 17 Præ. Sicut in bonis finis est melior h. s. qd ad finem, ita in malis est peior: sed poena est finis poenæ ergo poena est magis malum quam culpa.

¶ 18 Præ. A qualibet culpa potest homo liberari: vnde reprehenditur Caym qui dixit Gen. 4. Malum est iniquitas mea, quam ut ueniam merear: sed qua poena est a qua non potest homo liberari: quia inferni. ergo poena est magis malum quam culpa.

¶ 19 Præ.

¶ 19 Præ. Quādo aliqd fm analogiā dī de pluribus, de illo vī prius dici, quod magis est famosum tale: sed magis est famosum, q̄ pena sit malū quā culpā, quia plures reputant penā pro malo q̄ culpam. ergo malum per prius dī de poena, quā de culpa.

¶ 20 Præ. Fomes est ex quo oīa peccata oriunt. & sic est prius quā aliquid peccatū: sed fomes est q̄ dā poena. ergo poena est magis malū, quā culpa.

SED CONTRA. Illud quod odunt magis boni, est magis malum, quā illud quod magis odit mali: sed sicut Aug. dicit 3. de Civ. Dei. Mala poenę magis odunt mali, mala vero culpę magis odunt boni. ergo culpa est magis malum, quā poena.

¶ 2 Præ. Secūdu Aug. in lib. de Natura boni, Malū est privatio ordinis, sed pl̄ elōgā ab ordine culpa, quā poena q̄ culpa de se inordinata est, ordinatā aut̄ per penā. ergo culpa est magis malū, quā poena.

¶ 3 Præ. malum culpę opponitur bono honesto, malum vero poenę bono delectabili: sed bonū honestum est melius quā bonum delectabile, ergo malum culpę est peius, quā malum poenę.

RESPON. Dicendum. q̄ ita quæstio superficialiter nus facili vī propter hoc, q̄ multi penas non comprehendunt nisi corporales, vel quæ afflictionē seu sui ingerunt, quæ absq; dubio minus habent de ratione mali, quā culpa, quæ opponit gratiā & gloriā: sed quia etiā privatio gratiæ & glorię, penę q̄dam sunt videntur ad minus ex æquo causam mali habere, si consideretur bonum cui vtrumq; malū opponit, q̄ est privatio ipsius finis ultimi qd̄ est optimum, penę rōnem habet: sed evidētibus rōnibus ostendi pōt, q̄ culpa simpliciter habeat plus de rōne mali. Primo quidē, quia omne quod facit subiectum tale, magis est tale, quā q̄ subiectum tale facere non potest. sicut si album inest alicui, ita quod subiectum per hoc album dī nō potest, minus habet de rōne albi, quā si per hoc nāt subiectum album. quod enim inest alicui, ita q̄ nō afficiat & denominet suum subiectum, vī inest fm quidē simpliciter autem, quod suum subiectum afficit & denominat. manifestum autem est, q̄ ex malo culpę dī malus ille cui inest, non autē ex malo poenę in quantum hmōi. Vnde Dion. dicit 4. capi. de Di. no. quod puniri non est malum, sed fieri poena dignum. vnde consequens est, q̄ malum culpę plus habeat de ratione mali, quā malum poenę. Causa autē quare ex malo culpę aliquid dī malum, & non ex malo poenę, hinc accipienda est. Bonum enim & malum dī citur simpliciter quidem fm actum, fm quid vero fm potentiam: posse. n. esse bonum vel malum non simpliciter, sed fm quid bonū vel malum est. Actus autē est duplex, s. primus qui est habitus vel forma, & secundus qui est operatio: sicut sciētia & cōsiderare. Actū autē primo inherente adhuc adest potētia ad actum fm, sicut sciens nondum actū considerat: sed cōsiderare potest simpliciter ergo bonum vel malum dicimus fm actum secundū, qui est operatio: secundum vero actum primum attendit bonum vel malum quodāmodo fm quid. Manifestū est autem, q̄ in habentibus voluntatem, per actum voluntatis quælibet potentia & habitus in bonum actum reducitur: quia voluntas habet pro obiecto vniuersale bonum, sub quo continentur oīa particularia bona, propter quæ operantur potentia & habitus quæcumque. Semper autem potentia, quæ tendit ad finem principalem, mouet per suum imperium potentia, quæ tendit ad finē secundarium:

A sicut gubernatoria ars imperat nauifactori, & militaris equestris. Non. n. ex hoc ipso, q̄ aliquis habet habitum gramatice bene loquitur, potest enim habens habitum non vti habitu, aut contra habitum agere, sicut cum gramaticus scienter solocismum facit: sed tunc recte operatur secundum artem, qm̄ vult. Et ideo homo qui habet bonam voluntatem, dicitur simpliciter bonus homo, quasi per actum bonę voluntatis omnib. quæ habet bene vtatur. Et hoc vero, q̄ habet habitum gramatice, nō dicitur bonus homo, sed bonus gramaticus & similiter est de malo. Quia ergo malum culpę est malū in actu voluntatis, malum autē poenę est privatio eius, quod voluntas pōt uti quocumq; modo ad bonam operationem. inde est q̄ malum culpę facit hominem simpliciter malum, non autem malum poenę.

B Secunda ratio est, quia cum Deus sit ipsa essentia bonitatis, quanto aliquid magis est alienum a Deo, tāto habet magis rationem mali: magis autē alienum est a Deo culpa q̄ poena. Nam Deus est actor poenę, non autem actor culpę. ex hoc ergo apparet, q̄ culpa est magis malum, q̄ poena. Causa autem quare Deus est actor poenę, non autem culpę, hinc sumitur. malum enim culpę, quod est in actu voluntatis opponitur directe actui charitatis, quæ est prima perfectio & principalis voluntatis. charitas autem ordinat actum voluntatis in Deo, non autem solū sic, q̄ homo bono diuino fruatur, hoc enim pertinet ad amorem, qui dicitur concupiscentiæ: sed fm q̄ bonum diuinum est in ipso Deo, quod ad amorem amicitia pertinet. hoc autē non potest esse a Deo, q̄ bonum diuinum fm q̄ in se ipso est quis non velit, cum e contrario Deus omnem voluntatem inclinet ad volendum quod ipse vult: vult autē summum bonum fm q̄ in se ipso est. Vnde malum culpę non pōt esse a Deo, potest autem Deus velle, q̄ ipsum bonum diuinum, vel quodecumq; aliud bonum sub eo subtrahatur alicui, qui ad hoc opportunitatem non habet. hoc n. bonum ordinis exigit, ut nihil habeat id quo dignum non est. Ipsa autē subtractio boni increati, vel cuiuscumq; alterius boni ab eo qui indignus est, rationem poenę hēt. Deus ergo est actor poenę sed actor culpę esse nō pōt. Tertia rō est, quia illud malū, qd̄ sapiens artifex inducit ad vitādū illud malū, minus habet de ratione mali, q̄ illud malum, ad qd̄ vitādū inducit. sicut si medicus sapiens præcidat manū ne pereat corpus, manifestū est q̄ minus malū est p̄cisio manus, q̄ destructio corporis. Manifestū est autē, q̄ Dei sapientia penā inducit ad hoc, q̄ vitetur culpa, vel ab eo qui puniit, vel saltē ab alijs, fm illud Job. 19. Fugite a facie iniquitatis, qm̄ vltor iniquitatis est gladius. Sic ergo pater, q̄ malus malū est culpa, ad cuius emittationem inducitur poena, quā ipsa poena. Quarta ratio est: quia malū culpę consistit in operari: malum autē poenę in hoc quod est pati, sicut supra dictū est. Quod autē hēt operationem malam, ostendit iam esse malū, quod aut paritur aliquid mali, non p̄ hoc ostendit malū esse, sed esse quasi in via ac malum, q̄ qd̄ parit aliquid, mouetur ad illud. sicut ex ipsa claudicatione ostendit, q̄ tibia iā subiaceat malo, ex hoc vero q̄ inferi ei passio, nō dū subiacet defectui: sed est in via ad deficientiū. Sicut. n. operatio quæ est existens in actu, est melior quā motus ad actum & perfectionē: ita & malum operationis in se cōsideratū plus hēt de ratione mali, quā malū passionis. Et ideo culpa habet plus de ratione mali, quā poena.

Quæst. dī. S. Thomæ. O Ad

Ar. præced. in fine. cor.

Ad primum ergo dicendum, quod si comparatur premium ad meritum, & pena ad culpam quantum ad terminationem, sic inuenitur similis comparatio utrobique, quia sicut meritum terminatur ad premium, ita culpa terminatur ad penam: sed si comparatur quantum ad intentionem, non est similis comparatio utrobique, sed magis e conuerso. Nam sicut aliquis operatur meritum propter premium acquirendum, ita aliquis infert penam propter culpam vitandam: unde sicut premium est melius merito, ita culpa est peior quam pena.

Ad II. dicendum, quod boni agentis est non solum perfectio prima, cuius priuatio est pena: sed et perfectio secunda quae operatio est, cui opponitur culpa: & melior est ipsa perfectio secunda quam prima. Et ideo culpa quae opponitur perfectioni secunde, habet plus de ratione mali quam pena, quae opponitur perfectioni primae.

Ad III. dicendum, quod culpa separatur a Deo separatione, quae opponitur unioni charitatis, secundum quam quis vult bonum ipsius Dei secundum quod in se est: pena autem separatur a Deo separatione, quae opponitur fruitioni, qua homo fruitur bono diuino. Et sic separatio culpae est peior, quam separatio poenae.

Ad IIII. dicendum, quod separatio ordinis ad finem potest accipi dupliciter, uno modo in ipso homine, & sic ordinis priuatio ad finem est pena, sicut & priuatio finis: alio modo in actione, & sic priuatio ordinis ad finem est culpa. Ex hoc non homo culpabilis est, quod agit actionem non ordinatam ad finem debitum. Unde non est comparatio mali culpae ad malum poenae, sicut finis & ordinis ad finem, quia utrumque aliquo modo priuatur, & finem, & ordinem ad finem.

Ad V. dicendum, quod priuatio ipsius habitualis gratiae est poena: sed deprauatio actus quae deberet ex gratia procedere, est malum culpa. Et sic patet, quod malum culpae opponitur perfectiori bono, quia operatio est perfectio ipsius habitus.

Ad VI. dicendum, quod culpa quamuis sit per accidens causa poenae ex parte patientis poenam, tamen ex parte inferentis est causa per se. hoc enim intendit puniens, ut propter culpam poenam inferat.

Ad VII. dicendum, quod non ideo culpa est malum, quia pro culpa inferitur poena, sed potius e conuerso: ideo inferitur malum poenae ad coercendam, & ordinandam malitiam culpae. Et sic patet, quod malum non dicitur de culpa solum casualiter: sed et formaliter, & principaliter quam de poena, ut ex dictis patet. Et per hoc patet solutio ad Octauum, & Nonum.

In corp. ar.

Ad X. dicendum, quod non est iudicandum de rebus secundum existimationem malorum, sed secundum existimationem bonorum: sicut non est iudicandum de saporibus secundum existimationem aegri, sed secundum existimationem sani. Et ideo non est iudicanda poena peior, quia mali magis eam fugiunt, sed potius iudicanda est culpa deterior, quia boni magis fugiunt ipsam.

In lib. epist. ad Quintium incipit. Ne peccatis a medio. In corp. ar.

Ad XI. dicendum, quod virtuosi est fugere culpam propter seipsam, & non propter poenam: sed malorum est fugere culpam pro poena, secundum illud Horatii. Oderunt peccare mali formidine poenae. Oderunt peccare boni uirtutis amore, sed quod plus est, Deus poenam non infert, nisi pro culpa, ut dictum est.

Ad XII. dicendum, quod sequens priuatio est peior quam praecedens, quoniam includit ipsam. Et sic uerbo posse dici, quod poena cum culpa est peior quam culpa tantum. Et hoc quidem uerum est ex parte eius, qui punitur: sed ex parte punientis, poena habet rationem iustitiae, & ordinis, & sic per adiunctionem boni efficit culpa minus

F mala, ut Boetius probat in libro de Consolatione. Ad XIII. dicendum, quod culpa & poena pertinent ad naturam rationalem, quae secundum rationalem est, incorruptibilis est: unde poena propter subiectum non tollit etiam auferat uita corpori poenam. Unde concedo quod corpori simpliciter loquendo, peior sit poena, quam culpa.

Ad XIII. dicendum, quod Loth non propter culpam poenam, sed ostendit ordinem esse in fuga culpam: quia tolerabilis est, si quis committit minorem culpam quam maiorem.

Ad XV. dicendum, quod licet culpa sit temporaria, quantum ad actum, est tamen aeterna (nisi per penitentiam deleatur) quantum ad reatum & meritum, & aeternitas culpae est causa aeternitatis poenae.

Ad XVI. dicendum, quod esse in pluribus actibus alicui malo, scilicet quod est in moribus hominum, ex eo quod plures sequuntur naturam sensibilibus quam rationem. Et ideo non oportet, quod quanto aliquid magis est in pluribus, tanto sit magis malum: quia secundum hoc peccata uenialia, quae plures committunt essent peiora, quam mortalia.

Ad XVII. dicendum, quod poena est finis culpae quantum ad terminationem: sed non quantum ad intentionem, ut supra dictum est.

Ad XVIII. dicendum, quod ideo a poena inferri non potest aliquis redire ad uitam: quia culpa eorum qui sunt in inferno, expiari non potest. Unde per hoc non est dicitur, quod poena sit magis malum, quam culpa.

Ad XIX. dicendum, quod aliquid nomen dicitur per prius de uno, quod de alio a dupliciter, uno modo quantum ad nominis impositionem: alio modo quantum ad rei naturam. Sicut nomina dicta de Deo creaturis, quantum ad nominum impositionem prius dicitur de creaturis: quantum uero ad ream rationem per prius dicitur de Deo, a quo in creaturis nominis perfectio deriuatur. Et similiter nihil prohibet, quod malum per prius dicatur secundum nominis impositionem de poena, per posterius uero secundum ream.

Ad XX. dicendum, quod fomes est principium culpam in potentia: sed malum in actu est poena, quam malum in potentia, ut Philosophus dicit in nono Metaphysicae. Unde fomes non est magis malum quam culpa.

QVAESTIO II. De peccatis.

In duodecim articulos diuisa.

- ¶ Primo Enim queritur, Vtrum in omni peccato sit aliquis actus.
- ¶ Secundo, Vtrum peccatum consistat in actu uoluntatis tantum.
- ¶ Tertio, Vtrum peccatum principaliter consistat in actu uoluntatis.
- ¶ Quarto, Vtrum omnis actus sit indifferens.
- ¶ Quinto, Vtrum aliqui sint actus indifferentes.
- ¶ Sexto, Vtrum circumstantia det speciem peccati, vel uariet in aliud genus peccati.
- ¶ Septimo, Vtrum aliqua circumstantia aggravat peccatum, cui non det speciem.
- ¶ Octauo, Vtrum circumstantia aggravat peccatum in infinitum, ita ut de ueniali fiat mortale.
- ¶ Nono, Vtrum omnia peccata sint paria.
- ¶ Decimo, Vtrum peccatum sit gratuitum eo, quod maiori bono opponitur.
- ¶ Undecimo, Vtrum peccatum diminuat bonum naturae.
- ¶ Duodecimo, Vtrum peccatum possit corrumpere totum bonum naturae.